

1858 apud Iulium Carnorum in vertice montis in ecclesia sanctorum Petri et Pauli marmor fractum
 PARM.

HIC IN PACE Q^{ui}iescit
 IENVARIVS H^{uius}
 SC̄ ECL PRESVⁱ qui eam
 REXIT ANN X
 5 DEPOSIT PRID
 NOBEMBRIS CO^{ns} fa p. C. 490
 VSTI VC̄ IVNI^{oris}

Parmensis cod. f. 56' (inde Asquini *Forogiulio* p. 25).
 1 Q^{ui} traditur.

1859. 1860. 1861 fragmenta Cividale in museo.

1859 SE · L
 / L I A
 O I
 T I C
 1860 VMILI
 1861 OLV
 XXV
 AT

Descripsi.

1862 saxo vivo inscripta in monte *della Croce* (*Pleckenalpe*) in latere quod ad Italiam vergit, ad ipsam viam, quae hodie in usu est, in loco qui dicitur *Mercato vecchio*, paulo plus hora dimidia a summo monte itaque inferiore loco quam is est in quo prostant tituli n. 1863. 1864.

MVNIFICENTIA · DD · D · AVGG · QVE ·
 NN · N · HOC · ITER · VB̄ · HOMINES · ET ·
 ANIMALIA · CVM · PERICVLO ·
 COMMEABANT · APERTVM · EST ·
 5 CVRANTE · APINIO · PROGRAM
 MATIO · CVR · R · P · IVL · KAR
 sic D · D · D · NN · N · VALENTINIANO · p. C. 373
 ET · VALENTE · AVGG · III · CŌ

Contuli. Habent Bertoli in antiq. Aquil. ms. n. 709 a parrocho de Riva; Grassi in Carnia (1782) p. 12. 123 bis diverse, scilicet altero loco ad Rivae exemplum, altero de visu; Cortenovis ms. p. 52, qui vidit (inde Marini Arv. p. 697); Filiasi *mem. de' Veneti* ed. 1 (1796) 2, 248 = ed. 2 1, 457, cui descripserunt Asquinius et Cortenovius; Asquini *Forogiulio* p. 53 addens vidisse se a. 1782 cum Cortenovio et suum exemplum male editum esse a Filiasio; Siauxe *Moniteur* 26 Febr. 1809; Kandler in Istria 1849, 81 ad exemplum negotiantis Rovis, ib. p. 82 ad exemplum Silverii parochi Paluzzae; Iabornegg *Archiv für Kärnten* 1849, 54 et apud Ankershofenum 1, 553 (inde Steiner 4060).

1 D, 2 N primae videntur excisae esse. Priorum errores non adnotavi, nisi quod non omittendum est exemplum Asquinianum interpolatum sic: MVNIFICENTIA DD AVGG QVE | INN-IN HOC PERVIO · HOMINES ET || ANIMALIA · CVM · PERICVLO || PERTRANSIBANT (. . TRANSIBANT Cort.) APERTVM · EST || CVRAM · HABENTE · ET · PROCVRANTE (HABENTI . . PROCVRANT Cort.) || M · ATTIO (MATTO Cort.) CVR · R · P · IVL · PAT (RP . . . IV . . . R . . . N . . Cort.) || DD · NN · VALENTINIANO || ET · VALENTE · AVGG · III · COS. Adieci variam lectionem Cortenovii, cuius exemplo et ipsi non ex simplici lectione oriundo, sed derivato ex antiquissimo Rivae pessumdato magis quam emendato, insistens Asquinius sua commentus est, inserens praecipue mentionem Iuliae Paternae.

1863 in monte *della Croce* (*Pleckenalpe*) in latere quod ad Italiam vergit centum fere passibus sub summo monte in rupe, quae eodem circiter spatio distat a via antiqua. Litterae pessimae sunt huius fere formae Q L Q S.

/ / / M

////////// VIIS CETERISQVE DIB/ sic
 ARAM C/////O SOLLEMNE VOTVM DI/
 HERMIAS · SVCCEPTOR · OPERIS AETERNI/ sic
 5 TITVLVM IMMANEM MONTEM ALPINVM /
 INGENTEM LITTERIS INSCRIPSIT QVOT SAEPE
 INVIVM COMMANTIVM PERICLITANT^P sic
 POPVIO AD PONTEM TRANSITVM NON sic
 PLACVIT CVRAE ET ATTIO BRAETIANO
 10 Q · EORVM · VIRO ORNATO · VIAM NOV
 DEMONSTRANTE HERMIA MVLTA · NI
 MIS FIDES OPERISQVE PARATVS · VNA
 NIMES OMNES HANC VIAM EXPLICVIT

Descripsi diligenter scalis admotis. Habent Grassi Carn. (1782) qui vidit; Cortenovis ms. p. 52 qui vidit (ab eo Marini Arv. p. 690); Filiasi *mem. de' Veneti* ed. 1 (1796) 2, 249 = ed. 2 1, 458, cui dederunt Asquini et Cortenovius; Hohenwarth *botan. Reisen* 2 (1812) tab. 2 cf. p. 41, qui vidit a. 1806; Asquini *Forogiul.* (1827) p. 53 qui vidit; Siauxe *Moniteur* 26 Febr. 1809; Iabornegg *Archiv für Kärnten* 1849, 52 et apud Ankershofenum 1, 552; Kandler in Istria 1849, 82 ad exemplum Silverii parochi Paluzzani.

[I(ovi) o(ptimo)] m(aximo) [trivis quadri]vis ceterisque dib(us) aram o[^b solutum merit]o sollemne votum d[^{ed}(it)] Hermias succceptor operis aeterni; titulum immanem, montem Alpinum ingentem litteris inscripsit, quot saepe invium, comm[e]antium periclitante popu[l]o, ad pontem transitum non p[raeb]uit, cura[n]te Attio Braetiano q[uaestore] eorum viro ornato, viam nov(am) demonstrante Hermia. Multanimis fides operisque paratus — unanimes omnes — hanc viam explicuit. Titulum pessumdedit et qui concepit et qui exaravit. V. 10 eorum videtur referri ad populum v. 8, ut intellegatur populus rei publicae Iuliae Carnicae. V. 9 pro PLACVIT CVRAE ET omnino incidendum fuit PRAEBVIT CVRANTE fierique potuit ut litteras contignatas NE male solveret faber per AE ET. Extrema videntur ad versus prope accedere et metri studio ita corrupta esse.